



SEQVITVR
LIBER MOSIS TER-
TIVS, QVI LEVITICVS
APPELLATVR.

Argumentum libri totius.



INSTITVITVR populus & ipsi sacerdotes, quo pacto oblationes Domino debeant offerre, & id quidem per species. Addit etiam verum & legitimum vsum oblationum, hoc est, à quibus, quando, vbi & quomodo edi debeant partes oblatae.

Agitur inde de sacerdotum consecrationibus, & de Nadab & Abihu, qui dum alieno igni sacrificant, subito moriuntur. Sequuntur inde cibi legitimi, & quomodo populus totus mundus esse potest.

Deinde specialia percurrit, vt de immunditia puerperae, de lepra eiusque recognitione & munditia : item de fluxu, tum eo qui contra naturam est, tum etiam naturali. De-
buit